



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**In Titi Livii Patavini, Historiarvm Ab Vrbe Condita Libros,
Qvi quidem exstant, omnes, Observationes**

Godelevaeus, Wilhelm

Francofvrti, 1609

In VII. Librvm Titi Livii Annotationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69254](#)

pascentibus in auspicio pullis, ac per contemptum religionis mari demer-
si, ut bilarent, quando esse nollent, prælium nauale iniit superatusque est.
Et Alconius scribit dici solitum magistratum incuntibus: aues palcant. Tor-
neb. lib. 14. aduers. cap. 12.

Reusatisbus adibens plebi] Nam hi eo tempore, quo plebs in montem sa-
cium fecerant, cum tribunis creati erant, ut tribunis subministrarent omnia
necessaria, casque causas indicant, quas ipsi eis permittent, simul quoque
omnia decretæ, plebisca, senatusconfulta alesuerant, facrorum publico-
rumque locorum curam haberent, ab iis, quæ ades dicuntur, ædiles vocari, ut
Dionyfius, Pomponius, & Zonaras scribunt. Ceterum eorum, qui ex Patriis
electi, Curules à folio eburneo dicebantur, manus erat lados publicos Maxi-
mos vel Romanos facere, lacras priuataque ades procurare, totam urbem
tutæ, ut cloacæ & aquæductus, & quæque publica edificia munda essent, lo-
cain theatro affigare, quin si quipiam seruum aut iumentum morbosum
vitosum pro integræ fanoque vendidisset, edicto ædilium emptori succu-
rebat, priout habetur in ff. sub tit. de ædil. edict. per totum.

IN VILLIBRVM TITI LIVII

A N N O T A T I O N E S.

Petrura] Mirum videri potest, quod Liuius hic scribit, Prætorem anno vr. *Prætores*
bis 389. creatum, cum supra libro 3. tradiderit Horatia lege consules & quando
prætores eidem aëpicis creatos esse. Sed id ita intelligendum esse ex: *Ædiles*
istimat Antonius Concius lib. 2. subcœliarum lect. iuris ciuilis cap. 19. quod
tum nouis gradis & numerus magistratus potius quam appellatio sū facta,
& cum vñq; ad illum annum consules nomine prætoris significantur, trans-
fisse tunc primum hoc nomen à consulibus ad eum nouum magistratum, qui
tum creatus est. Nam antiquissimo tempore, ut & superius annotatum est,
prætor appellabatur consul, & interdum omnis magistratus, cui exercitus pa-
tebat, ut Alconius 3. in Verrem. Cui assentientur Festus lib. 11. & Nonius,
auctoritate Varrois, de vita populi Romani, lib. 2.

Curulis ædilitate] Duo erant ordinis ædili. Alter in quo ipsi ædiles in iure *Ædili*
dicundo sellis incurvos pedes habentibus vtebantur. Alterum magistratum *duo ordines*
popularem appellabant, ut præcedenti libro docuimus. Erat autem sella cu-
rula vestabilum, quo sedentes magistratus gestabantur, quod gestatorium *Sella eu-*
etiam dicitur, & gestatoria sella, Budæus in priorib. annotat. *ruli.*

Curulis sellis prætextatos] Prætori enim sella curulis, toga prætexta, & sex li-
ctores permitti. Vnde Polybius & Plutarachus p̄iuturam sex securum magi-
stratum vocant. Porro cum prætorem non nisi ex patribus primo creari mos
esset, hic deinde honos etiam plebi communicatus est, anno vrbi's 417. &
Quint. P. Philo, ut Liuius infra auctor est, primus è plebe prætor fa-
ctus est. Postea non sufficiente eo prætore, quod multa turba peregrinorum *Prætor*
etiam in urbem veniret, circa annum vrbi's 510. creatus est aliud prætor iisdem *peregr-*
iūcīcīs, qui peregrinus est appellatus, quod plerunque inter ciues & pere-
grinos ius reddebat, cum alter prætor urbanius diceretur, ut tradit Florus in
Epitoma libra 19. Porro Sicilia atque Sardinia in prouinciarum formam re-
dactis, prætores alii duo sunt additi, qui in eas prouincias mitterentur, Epitoma lib. 20. Solin. cap. 21. Victis postea duabus Hispaniis, alii duo creati sunt,
qui in Hispanias mitterentur anno 558. Atque per multa tempora hoc ob-
seruatum est, ne plures quam duo prætores, Urbanius & Peregrinus in urbe
mancerent, reliqui quatuor in prætura ipso magistratu in prouincias fortuna-
rent, atque in eis annum prætura explerent, donec postremo Sylla dicta-
tor latice nouis questionibus publicis, velut de particio falso, de sicariis,

de iniuriis, praetores veteribus duos adiecit, atque ad octo praetorum numerum auxit.

Ludi scenici. *Ludi scenici*] Quibus scenici agones exercebantur, qui & Musici agones dicebantur, & Dionysiaci quasi Libero patri dicati. Quare & homines ipsi scenici uno verbo à Gracis Dionysiaci artifices dicitur, auctore Aristotele & Gellio libro decimo, prout annotat Budaeus in L. Athletas, si de his qui notant infam. Ludi vero publici apud Romanos circa & causa diuidebantur, Causa plices. Circo cunicula circensis, & pugillatio, iunctaque continabantur. Causa theatrica & scenica ludicra. Causa enim dicebatur ea theatri pars, vade quid. populus spectat.

Lucret. Namque ibi confessum est causa subter & omnem
Scenam spectem, patrum, matrumque, Deorumque
Inscium.

Sic & Graci diuidunt ludos in Gymnicos & Musicos. In Gymnicis est luctatio & pugillatio, & curricula. In Musicos Comediam & Tragediam & alia. De ludorum Scenicorum vero origine Caelius lib. 8. cap. 7. leet. autq. & cap. 8. libri eiusdem, vbi tradit Scenicos dici à scena, id est tentio à ruitcis inumbrationis causa excitar solito.

Ludiones. *Ludiones ex Herodio*] Ludii, inquit Dionysius Halicarnassaeus, adolescentes erant tuniculas induit infinges, galeati & eniferi peltataque, qui omnibus Circensibus & Theatraibus pompis in verbum incedebant, ipsius velut pompa duces, falli similes. Ludi ex eo vocati, quod à Ludi genit. hunc genit. hunc inuentum videretur. Tornab. lib. 6. aduers. c. 6. & lib. 19. c. 10.

Modi. *Inscularia*] Id est, que nec vera, nec seria, sed ficta atque ridicula essent.
Musici *Tibicinis modos*] Id est, intentionem ac depressionem modulationis. Est enim modus vocis ad vocem certo intervallo migratio, ut Musici definiunt, sic Varro in Modio: Modum scenatilem, pro versa scenico, vel lambico, quo in Comediam & Scena Poetae vii solent, posuit, prout annotat Tornab. lib. 12. aduers. cap. 16.

Scenarii. *Impletas modis Satyros*] Variarum rerum mixtarium sparsim nulloque ordine congettata, veteres Satyram appellarunt. Hic vero accipitur per Poemate Latinis proprio. Nam vt Quintilianus scribit, Satyra Latinotum tota est, neq. à Gracis accersita. Satyres enim Graci non scriperunt. Hoc tamen negari non potest, Lucilius Satyram inuentorum atque auctorem, veteres Comedia Poetas Eupolini, Cratinum, Aristophanem, & ceteros secutum, se ad Satyras scribendas contulisse, vt testatur Horatius 4. Sat. lib. 1.

Fascennium versus. *Fascennina*] Fescennini versus sic dicti, quod ex Fescennina vrbe Campaniae allati essent, vel idea, quod fascinum arcere putabantur. Canebant enim initio in nuptiis & omnium venerearum lasciarium, opprobiorumque plenilim erant, & magna verborum licentia constabant, vnde Catullus in Epithalamio Iulie & Manti: Ne diu taceat procaec Fescennina locutio. Deinde vero non solum in sponsos, sed in quoslibet alios locum habuit. Vnde Horat. lib. 2. Epist. ep. 1.

Fascennina perlucere inuenia licentia morem,
Versibus alterius opprobria rusticis fudit, &c.
Ab Satyris. *Ab Satyris*] A quorum lascivia temere nunc huc nunc illuc saltantum Satyram, dicta Satyra esse videatur, vt docet Erasmus in proœb. per Satyram. Ad manum canari] Ad manum cantare dixit, pro cantare in proupiis, & in præstantia, coramque, sicut & Helychius ad manum quæ sunt, p. ompta & parata interpretatur, & sernum ad manum ad multa vuilem, Tornab. lib. 3. aduers. cap. vii.

Dinerbin. *Dinarbiaque tantum*] Dinerbia vocantur, cum diversa agunt personæ, sicut cantica in Comediis intelligimus, vbi vnu modo loquitur, Caelius libro 9. cap. 7.

cap. 7. leſt. antiqu. Exodium vero, vt idem ex Polluce trudit, lib. 19. cap. 9. can. Exodia. tuas est, quem eis etiam cedentes concinerent.

Fabello Attellanu[m] Observandum, Attellanos dici priuatum personatos, quoniam id illis esset ius, ne in scena personam deponere cogerentur. Quod histriis aliis pati necesse erat. Hinc quae ab his agebantur fabulae peculiari appellatione non cuperantur personarum, ut tradit Cælius lib. 8. cap. 8. leſt. an. Vt vero Satyræ Gracis Tragedis interponebantur, Tragedis Latinis ad exhilarandum spectatorem Attellanorum exodia interferabantur, neo histriis earum actus commitebantur, sed honestis iuuenibus, quanquam fortasse tandem aliquando à mimis aliis & histriis fabule iste acta sunt. Erantque haec fabulae urbanissimæ, & vrbis iocos elegantiæque imitabantur, & ab urbe Attella nomen erant adepta. Itaque earum actores vrbici, ut apud iuuenalem, vocabantur:

Vrbi exedio rism monet Attellana.

Gesobus Autone.

Sicut & earum auctores vrbici vocantur Martialis.

Quod non optimus vrbicus Poeta.

Attellans autem non tota, sed earum actus aliquis Tragediis interponatur, e scena digressis Tragediis: ita quod extra Tragedia argumenum digressis Tragediis agerentur, exodia vocabantur. Hinc Exodiarius Marcello, viii omni spectaculo, Exodiario, Venatori, Aurige & Histriorum generi omni. Tornodus lib. 3. aduersariorum cap. 17. Quod vero hic Liuius scribit instrutum, ne Attellanus auctores tribu monerentur, id eo referendum, quod scenici & arenae olim iuuenes fuerint, vt IC. testatur in L. Athletas, si de his, qui non infam. ve ex Lampridio docet Cælius lib. 8. cap. 8. leſt. antiqu. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 4. Histriones contendit non inter turpes habitos, idque Ciceronis cœlum, qui Rofcio & A. lopo histriis familiaiter vius sit. Sed aduerteretur ei Probus, in prefatione de vita excellentium Imperator. ubi scribit apud Gracos in scena prodire, & populo esse spectaculo nemini sufficere turpitudini. Apud Romanos vero infamè atque ab honestate remotum. Vbi non contemnenda de hoc Hieronym. Magius in suis annotationibus, que vide.

Nomina Minerua indentum] Aliis diuersum placuit, nimurum quod Theut, Numeri qui & Theutates seu Meteurius principes & numerum & computationem rui Minera excoxit, qua tempestate & gypti rex fuerit Thamus, quem dicunt Amo-

nem, Cælius lib. 22. cap. 15. Meminit huius Cælius lib. 22. cap. 3. Sub eius autem nominem Nortia fortunamque significari, docet Martianus Capella in libro de numen Philologia. Meminit eius & iuuenam Saty. 10. licet codices & interpre- fera. variae videantur. Quidam hanc Deam Horchiam potius quam Nortiam appellandam esse confuerunt, sed circa rationem.

Ad romam non respondens] Id est, qui non comparuissent, vt Budæus in prioribus annotationibus interpretatur. Nam nomina dare est proficeri, & Respon- veluti in scriptum curare. Et nomen recipere Liuius lib. 7. belli Punici se- dare ad nomina. secundus dicit pro eo, quod vulgus dicit, recipere ad monstrum, quod & ratio- Nomina dare. nem habere dicitur.

L. Manilius] Cicero lib. 3. officiorum filium Lucium, patrem vero Aulum, Manilium appellat cap. 11. vbi de fortitudine disputat, cui consentit Euro- pius lib. 2. cap. 1.

Infatuor si] Oblingus tarditatem, vnde domesticis & Reipub vibus inutili videbatur. De hac autem relegatione Valer. Max. lib. 6. cap. 9. Sabell. lib. 3. Ennead. 4. Raps. Volater. lib. 17. cap. 1. vrbani. com. men.

Traſe deinde uult] Cic. referrit, quod Tomponius dimisius à Manlio rem

ad

ad populum detulerit, indicans cur sibi à causa desistere necesse esset. Tantum temporibus illis valebat, etiam metu extortum iusurandum. Est autem Manlius praeclarum pietatis in parentes etiam plus *ex quo* seviores exemplum. Vide Sabellicus lib. 3. cap. 7. Valerius lib. 5. cap. 4.

Rufiuli qui. *Quos Rufiuli vocant* [Tribunorum militum, vt docet auctio*n*e secunda in Verrem Padianus, duo genera erant. Primum eorum, qui Rufiuli vocantur, hi in exercitu creari solebant. Alii fuerunt comitarii, qui Romam Comitis designabantur; patet itaque, non omnes tribunos militum populi suffragio creatos, & qui creabantur, primum creari coepisse, Q. Serullio II. & L. Genutio I. consulibus, & iidem meminit Liuius infra lib. 9. vbi vide.

Hispanus gladius. *Hispano eingitur gladio* [Hispanus gladius qui fuerit, Polybius lib. 6. explicat, inter cetera dicens: Καλλίστη ἡ πόλις ἡ ισηγάλιδος, ἵνα ἢ αὐτὸν κίνημα Διονυσίου ποτε φορεῖται, ἢ ἀπόφει τὸν μεσαίαν βίαν. Διότι τὸ δεσμοκράτειον ἦν εἰς τὴν Εργατικὴν εἶδον. Brodæus lib. Miscellanorum 1. cap. vlt.

Torquati cognomina. *Torquati cognomina auditum* [Vide Plinius libro 33. cap. 1. & Alexandri Alexan. lib. 1. cap. 9. Florum lib. 1. cap. 13. Gellium lib. 9. cap. 13. Valerius Max. lib. 2. cap. 2.

Conciliorum obire socii erant. [Conciliorum loci erant, in quibus ius dicetur, & in concilium conuenirentur. De quibus infra plura, & Torebæus lib. aduersar. cap. 11.

De vicefima. [Huius vicefima meminit Cicerus ad Att. lib. 2. quamvis Blondus in sua Roma triumphe, vbi de vedi galibus disputat, nescio cuius auctoritate fretus, Ciceronem in eo loco de vicefima quadam loqui scribat, quam ex re frumentaria Latinis Romanis praefuerunt.

Vnciarum foenorum. [Tacitus lib. 5. foenus vnciarum duodecim Tabularum legibus constitutum fuisse tradit. Decennio autem post hanc de vncario foenorum latam legem, Semiunciarum tantum ex vncario factum, tribunis, ut inquit Tacitus, rogationibus. Sed cum ne sic quidem foenus tolerari posset, L. Genutius ad plebem tulit, ne foenerare licet. Verum cum confida esset hisce legibus auraria, aperteque graffari metu legum non audieret, ad fraudes se conuerit. Via fraudis hac fuit, vt nomina in locis, qui hisce legibus non tenebantur, transcriberent, atque ita libero foenore debitoribus obruerantur. Dprehensa autem hac fraude M. Sempronius Tribunus plebis ex auctoritate patrum legem rogavit, plebiscite fecit, vt cum sociis ac nomine Latino pecunias creditæ idem ius esset, quod cum ciuiis Romanis. Vnciarum vero foenus dicitur ratione maxima viura, quia in affis partes diuidi potest, as enim, qui 12. vncias continet, pro tota & integro viuram solvit, vt tradidit Zaius in catalogo legum antiquarum, a quo nec Signius dissentire videtur, dum de iure ciuium Rom. lib. 2. cap. 11. scribit. Veteres vnciarum viuram dixisse, respicientes centesimam, quam maximam viuram exsuffravint, qua est, cum pars fortis centesima singulis mensibus per ditur, id est, cum queciennis diuensi pro singulis viura nomine numerantur. Hanc vetio quasi viurarum assem quendam esse voluerunt. Unde alii minores viura, quasi affi partes, aut particulae fluxerunt: semis cum dimidia pars centesima in mensis singulos soluitur, quadrans cum quarta, vnciaria cum duodecim, semiunciaria cum vicefima quarta.

Etole sua lege puniuntur. [Et docet alios, nil aliud principi debere, nisi quod prius quicunque libi imperauit. Tum enim falsa est Relp. si legislatores suas quoque leges sanctissime custodiunt, & sibi ipsi custodiendi necessitatem imponant, In qua re non immerto toties Lycurgus Spartanorum legislator collaudatus est,

est, non inuenzione legis magis quam exemplo clarius, ut qui nunquam lege
in alios sanxit, cuius non ipse primum in se documenta daret, teste Iust. lib. 3.
Iugerum agrorum Iugerum est campi mensura, quam ducentis pedibus Mathe-
mati definiunt. Quintilianus lib. 1. cap. 18. ducentis quadraginta pedibus in *quidam*
longitudinem, dimidiis in latitudinem iugerum describit. Et est quod vno
bouno iugo die arati possit, teste Valla lib. 1.

Lymphae [Graci Nympholeptos vocant, quasi Nymphaeum spiritu cor-
Lym-
repros, ut Budaeus tradit in prioribus annotationibus, fuit vero Lympha et *phan-*
ian sylvestris Dea, ex quarta cœli regione, ut tradit Gyraldus historia Deo-
rum *lyntagni*. 1.

Dictatorum in promissu[m] esse] Cum enim dictator lege ex consulatibus le-
Dicitatu-
gendus esset, & patrii soli ad hoc usque tempus consules fuissent, minime
ra ad ple-
cam plebi communicandam esse videbatur contra consuetudinem veterem. *bem trā*
Sed licet id contra consuetudinem fuerit, non tamen contra legem factum
lata,
est, ut eruditus ostendit Manutius de legibus Romanis. Non enim lex dicta-
torem de plebe fieri venerat, sed de consularibus iusserat. At C. Martius con-
sularis Satisfecit igitur legi Popilius, cum consularem hominem dictatorem
dixit patritus non satisfecit, quia consularem de plebe dixit.

Re[ad] interregnum redit] Ut Dictator comitorum causa: sic quoque Inter-
rex creari solitus est. Et huius quidem creandi mos, quam Dictatoris anti-
gri iura-
quior, ut supra tradidimus. Neque enim dictator comitorum causa ante
dici coepit est, quam dictator de plebe creatus est. Nam cum ante illud tem-
pus nihil intercesseret, plebis dictatore an Interrex consularia comitia habe-
ret, nec nec Interrex, nec Dictator quisquam de plebe creari poterat, qui
alteram ex plebe consulem crearet. At postea quam dictatura fastigium con-
scendit, tum demum ut absentibus consulibus, Dictator potius quam Inter-
rex comitia haberet, omnem diligentiam adhibebat, contra interregem pa-
tres petebant. Est autem interregnum aliud nihil quam potestas in dies quin-
que, cum rex mortuus est, ad alterum subrogandum sufficiendum com-
parata. Petronius lib. 3. de magistris Rom.

Potestum populus iusserat] Ad hanc legem Decemviralem vasis est auctor
ad Hierennium lib. 2. reflexisse, quum eam defensionem tenuem esse con-
tenderet, qua ostenditur id factum esse, quod ea lex faciat, cui abrogatum
vel derogatum sit, id quod posteriori lege sanctum sit, et si neglectum, nimi-
rum quia illud demum ius & ratum erat, ut aiunt Decemviri, quod poste-
rum populus iusserat, proinde si noua lege vetus esset abrogata sanctio, legi
noua vetus lex omnino cedebat. Renardus ad L. XII. Tabul. cap. 1.

Quinq[ue]narius que[m] mensarii vocant] Hos extra ordinem magistratus suisse ap-
Menſarii
pare, nec etenim continuo & eodem numero creabantur. Infra enim lib. 23. qui.
Triumvirum mensariorum meminit: Fuere qui existimarent, argentarios
coldem fuisse cum mensarii, sed plurimum inter eos interfuisse ostendit Si-
gonius lib. 2. cap. 11. De iure ciuium Rom. Mensarii siquidem publicam ra-
tionem conficiebant, argentarii priuatam, illi rei nummariae publicae curato-
res, hi negotiationis priuatae erant.

Vana (ut plerunque sit) cadere[n]] Loquitur non de istu directiore, sed graui-
re liberatoreque ex superbris locis in ima, ex imis vero in suprema, aut in
qua magis irrito citraque offensam. Aduersati vero huic loco videntur,
qua scribit Gellius ex L. Claudio Quadrigario, lib. 9. cap. 1. De quorum con-
ciliatione Magius lib. 2. Miscell. cap. 16.

Mazari prope ita[n]cio[n]e] Mataris teli genus, paulo quam lancea minus, cuius
Mataris
Silenna apud Nonium meminit, Cæsar lib. 1. de bello Gallico: Et è loco, in-
quit, superiori in nostros venientes tela coniiciebant, & nonnulli inter car-
ros tota[que] mazeras ac tragulas coniiciebant. Mazacis apud Hesychium est
hasta

hasta Persica, cuius tamen formam non exprimunt auctores. Tornes lib. aduersar. 9. cap. 7. Materas in Cesare legendum censet, ita autem vocabatur iaculum lingua Gallorum, ut scribit Strabo: Videri autem potest nomen Gallicum, quo sagittam capitatam hodie appellant.

Marcus erat Valerius] De hoc Valerio prater Linium Florus lib. 1. cap. 13. Plinius lib. 7. cap. 48. Valer. Max. lib. 8. cap. 14. Gellius lib. 9. cap. 11. Orosius lib. 3. cap. 6. Eutropius lib. 3. c. 1. Sabel. lib. 2. Ennead. 3. Alex. ab Alex. lib. c. 9. Hunc autem Valerium Gellius ex veritatislmissis annalib. Maximum Valerium Corinnum vocat, Florus Lucium.

Satyrus. *Corus repente]* Florus & alii quidam non coruum, sed satyram auem gale & eius infediles scribunt, non tamen à Liuiu distinguant, cum satynus genus sit coru.

Cornu. *Augurium calo missum*] Constat in colligendis auguris sinistram sem per rufiss coruarum significationem, & maxime cum glutinum. Si vero ad oratu clara voce occurrerint, praesentem felicitatem, contra vero ob occasu solis, extixum apportasse. Sic corui inuolantes obfrepentelque Alexandro Babyloniam ingressu. & Ciceroni quoque immensum periculum, extremaque tristinas praemonstrantur. A dextra tamen corus, & iuncta cornix vel picus spem non ambiguam & ratum auspicium fecerunt. De coruorum autem auguris vide Plinii lib. 10. c. 12. & lib. 7. 8. c. 35. Iulium Obfrequentem cap. 15. & 55. Prodig. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13.

Prosecat per interpretem] Haec prouocationem acerbatis, contemptus ac superbitus plenam ex Gelli loco citato pete, qui cam ex veritatislmissis annalibus decerpitam recitat.

Iuno Moneta. *Adem Junonis Moneta vobis*] Juno Monera à Romanis cognominata fuit, quod cum non multo ante captiam vibem à Gallis territosus factus esset, vox è lunonis templo, quod erat in arce, exitient. vt de sue picta fieri procuratio, quo circa ait Cicero, iunone in illam appellata Monetam, à moneta videlicet verbo.

Amici forte nunc subiecti] Infra libro 34. Linii vbi circiter finem introduci loquentem Menippum regis Antiochi legatum tris foderum genera suis offendit, eorumque alia alii aquoia esse. Iniquissima autem foderis conditione vbi sunt dediti, adeo vt non in foderere, sed in ditione esse detinentur, ex quo fluxit Latinorum illud de Campanis apud condem : Campanorum aliam conditionem esse, qui nō foderere, sed per ditionem in fidem veniunt: itaq; Campanos seu velint, seu noint, qui ueros: in foderere Latino nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur, & illud Siminium de Sidicinis: Sidicinos nec in fide, nec in ditione populi Romani esse, vt Campanos in amicitiam populi Romani esse suscepimus, & tertium illud de Apulis: ita in societatem eos esse acceptos, vt non ex quo foderere, sed vt in ditione populi Rom. essent. iam vero, qui dediti dicti sunt, facile ex formula ipsa ditionis intelligi posse arbitror, cuius vestigia hac existit apud Linium lib. 1. ad memoriam omnium sempiternam impresa. Rex incognitus? Itaque idem lib. 28. morem verumstam suis ait Romanis, cum quo nec foderere, nec quis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum, itaq; pacatum, vni quam omnia diuina humanaq; decesserit, & obides adepti, armati; adempti, & praesidia urbibus imposita fotent. Vnde Campanos etiam apud eundem se populo Romano dedisse his verbis videmus: Populum Campanum, vibemq; Capuan, agros delubra, Deum, diuina, humanaque omnia, in veliram partes conscripti, ditionem dedimus, que quid deinceps patiemur, dediti vestri passurii. Ne quis autem aliquanto erat illud datus,

dos, cui haec verba erant adiuncta: Maiestatem populi Romani comiter conseruent. Quam inquit tum conditionem fuisse probavit Cicero, cum Balbum de ciuitate defendit: Primum, inquit, verbi genus hoc conseruandi, quo magis in legibus quam in foederibus ut solemus, imperantis est, non precan-
tis: deinde cum alterius populi maiestas conseruari subetur, de altero fieri-
certe ille populus, in superiori conditione causaque ponitur, cuius maiestas
foederis sanctio defenditur. Quod autem in hoc genere dixit Cicero co-
mitem, id videtur dixisse: Luius sine dolo malo, in expoundendis conditionibus
pacis Ratioli date. Sic enim scriptum est: Imperium maiestatemque populi
Romani gen. & totorum conseruato sine dolo malo.

Extremum praeceptum est aequissimi foederis, cuius formula fuit, cum ab
viroq; parte cauebatur, & pari iure societas vtrinque. & amicitia stabilitabatur,
quale fuit illud Annibalis cum Loarenibus, de quo idem scribit hoc modo:
Loarenibus Annibalis iussu pax data, vt liberi suis legibus viuerent, vrbis pa-
riter & portus in potestate Loarenium essent: Societas eo iure staret, vt Fo-
deris Loarensem, Loarenus Poenum, bellorum pace iuaret. Quia in genere fo-
deris fuerunt quae populus Rom. cum Carthaginensi, antequam armis inter
se decerarent, fecit: quorum meminit Polybius lib. 3. vt iniqua, qua post
confusa sunt omnia. In omnibus autem foederis faciendis aut foederum
legibus conscribendis, illud erat solenne ac prope translaticum, vt legibus,
liberati, agri, locis, & officiis publicis, priuatisq; & ceteris praeter hinc, rebus
publicis, priuatisq; libeius, seruisque bello a militis iuri, consuerudini, & porto-
riis exigendis, eius populi caueretur, quo cum amicitia iungebatur, quod ex
veterum monumentorum diligent obseruatione colligitur.

Edicim insulam collam) Gatrium montem nominat Plinius de viris illustribus
cap. 26. qui in Campania erat prope oppidum Bacchi & Vulturium flauium.
mons.

qui priscum adhuc retinet nomen. Vide Volaterran. lib. 6. cap. 8. Geograph.

Secunda vigilia lucerne] Milites quippe, cum nimis longum esset, totam per
noctem agere excubias, in quatuor vigilias noctem diuidabant, quarum pri-
ma à noctis principio usq; ad initium quartae horae in qualis producebatur
secunda, à fine tercie horae ad medium noctem durabat, tertia inde ad nona
hora terminata, quarta ad auroram. & ortum usq; solis. De diuisione autem
noctis vide Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Iosch. Ringelberg. de tempore.

De exercitorum autem vigiliis Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12.

Militaria alia dona] Pinius cap. 26. Decium ab exercitu ciuica corona de-
queret, quae dabatur ei, qui ciues in bello seruasset, & obsidionali, que daba-
tur ei, qui ciues obsidione liberasset, donatum seribit. De obsidionali autem
corona, quam ii. qui liberati obsidione duci dabant, diximus supra.

Priuatis tuniciis] Veteres auctore Gell. lib. 10. cap. 20. Priua dixerunt, quae nos
singula dicimus, que verbo Lucilius 1. Satyr. lib. est vius: quid.

Abdomina thymnia venientibus priua

Dabo.

Vetus indagine dispatos] Indago ferarum est inquisitio, cum appositis reti-
bus hominibusque, omnes syluarum exitus ac via custodiuntur, ne qua feis
effugium patet. Virgil lib. 4. Salutique indagine cingunt. Et Cesar lib. 8. de
bello Gallico, sylvis vndeque impeditissimis, aut ultimum flumine, velut in-
dagine muni tum, hunc infideli circumdecerunt.

Emerita dicenda stipendia esse] Emeriti stipendia dicebantur, qui legitima
stipendia confererant omnia, que triginta fuisse lex Tullia indicat, quae in-
nitorem etatem annis triginta definivit, quos militare cogit. At tamen nam-
que militarem a 17. anno usq; ad 46. eodemque etiam iuniores, vt post eam
seniores appellarentur. Qui vero emeriti stipendii turius militare cogeban-
tur, ut auctore Dion lib. 45. euocati dicebantur.

IN